

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 94. Argumentum octuagesimum quartum. Ex S. Francisco Salesio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

De Sacramento Poenitentiae.

placi (inquit) presertim genere, &c. Non ergo in illis unicè, sed & in aliis, ubi locum pariter habet ratio allata à S. Franciso Xaverio.

C A P U T X C I V .

Argumentum octauagesimum quartum.

Ex S. Francisco Salefo.

1084 **S**anctum Salefum totum esse nostrum, patet ex eo quod Constitut. Synodal. titulo 9. c. 5. sancti Caroli Instructiones commendet, sequendisque doceat. Necnon ex eo quod ibidem addit: *Quandiquidem plures Confessarii in absolutione impendenda se faciles exhibent, ad eam quam poenitentes faciunt pollicitationem sese emendandi, occasionem proximan deversendi, &c. Diligens examen instituendum est, an fidem in antea dictis confessionibus iam tum promiserint. Si id quidem possit fieri, nec tamen steterint verbo, non est quod Confessarius fidem habeat, donec sint ab occasione fessi, & quidem donec aliquo tempore illam non repentes vixerint. Et rursus: Confessarii different absolutionem illis, quos hanc gratiam indulgunt iudicabunt. Cujusmodi sunt: qui visitis habitibus blasphemie, luxuria, &c. eradicandis omnes nervos non intenderunt, in confessione alias committit. Videant Juniores, quam bellè Salefus consentiant. Plura ex Salefio habes in superioribus.*

C A P U T X C V .

Argumentum octauagesimum quintum.

Ex Concilio Tridentino.

1085 **P**reter ea qua ex Tridentino protulimus cap. 41. §. 9. tamquam ordinariè necessaria, magnis saltim peccatoribus, ad imperandum plena conversione donum, & uplurimum ab ipsis, maximè à confutudinariis ac recidivis negliguntur; obseruanda sunt verba ipsius scilicet 14. c. 4. *Declarat igitur S. Synodus banc contritionem; non solum confessio à peccato, & vita nova propositum & inchoationem, sed etiam etiam odium (vehemens utique, ut paucis post lincis declarat) continere. At qui vchementis illius odii apparientia modica vel nulla est, in iis qui crima sua facile reperunt. In iis etiam non appetit confessio à peccato, nec novae vite inchoatio; inòd nec illius quidem propositum tam strenuum, quale ex mente Concilii requiritur, tale unque, ut ad vitanda crimina etiam cum vita dispendio sint parati, virtute proinde cuius adeò solliciti sint de vita relapsi, ut eum in finem nihil necessarium negligant. Si enim nihil ad hoc necessarium negligerent, facile & citò non relaberentur, prout experientia docet in iustis, cum timore & tremore salutem suam operantibus in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunis & caritate, prout idem Concilium ab ipsis requirit scilicet 6. c. 13.*

C A P U T X C V I .

Argumentum octauagesimum sextum.

Ex Innocentio XI. propositionem hanc 60. ut minimam tamquam scandalosam, & in praxi perniciosa damnante: Poenitenti habent confitudinem peccandi contra legem Dei, naturæ aut Ecclesie, et si emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutione; dummodo ore proferat se dolere, & proponere emendationem.

1086 **S**i iudicio Ecclesie damnata est propositio illa: Ergo causat crimina est quoad confutudinarios, habentes confutudinem blasphemandi, fornici-

candi, se inebriandi, seu alia peccata contra legem Dei, naturæ aut Ecclesie committendi, in quibus emendationis spes nulla appareat, tametsi ore profert se dolere, & proponere emendationem. Quandquidem, eo non obstante, Ecclesia per Innocentium XI. declarat negandam, vel differendam ipsius absolutionem, contrariantem opinionem damnavit ut minimum tamquam scandalosam, & in praxi perniciosa.

1087 **A**tque spes emendationis nulla appareat, dum confutudinarius (& idem est de recidivo) sepius emendationem promisit, nec promissa unquam implevit; nec maiorem jam assert cautionem futuræ emendationis suæ, quam haec tenus attulerit. Ut enim S. Thomas ait 2. 2. q. 49. a. 1. ad 3. ex præteritis oportet nos quasi argumentum sumere de futuris. Ex eo proinde quod poenitens nunquam impleverit promissa facta, quod se emendaret, oportet Confessarium quasi argumentum sumere, quod nec implebit in futurum, quidquid dicat, vel promitta, quamdiu maiorem non dat cautionem in contrarium, quam haec tenus dederit; quamdiu (in quam) dicta & promissa sua aliis non fulcit signis & indicis, quam quæ haec tenus fuerunt, absque effectu. Postquam ergo Confessarius multiplici experimento didicit, quod poenitens nunquam se emendaverit, tametsi emendationem ore, vel aliis ejusmodi signis absque effectu promisit; jam non habet spem fundatam quod imposterum se emendabit, quamdiu aliquid illius specie fundamentum poenitentis ipse non adserit, quam quod haec tenus inane fuit, & absque effectu. Igitur est de numero corum, de quibus loquuntur propositio condemnata. Etenim poenitens habens confutudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesie, in quo emendationis spes nulla appareat. Dicere ergo, quod tali confutudinario nec neganda sit, nec differenda absolutione, dum ore profert se dolere, & proponere emendationem, iudicio Ecclesie est propositio scandalosa, & in praxi perniciosa, & ut talis condemnata.

Quid ad hac Adversarii? Henneguerius, in epist. doctrinali ad suum quandam discipulum, putat evadere condemnationem, dicendo propositionem 60. ab Innocentio XI. idèo damnatam, quod illius Authores intendenter, debere circa dilationem absolvit confutudinarios, modò vocetenus dolcent, emendationemque proponant, tametsi reipsa nullus sit dolor, nullum propositum verum & efficax, nec in specie quidem emendationis spes. Noster vero Carolus ab Assumptione, in damnata Pentalogi sui elucidatione, aliquid opusculis suis, ex adverso putat, confutudinarii (de quo damnata illa propositio) non idèo habendum ut indispositum, seu vero sufficiente dolore ac proposito definitum, quod nulla in ipso spes emendationis appareat: & adhuc post damnatam illam propositum, contendit, ipsum, dummodo ore profert se dolere, emendationemque proponere, et si nulla emendationis spes appareat, habendum ut indispositum, absolutionemque dignum, nec ipsi tamquam indisposito, sive titulo indispositionis, negandam differendam absolutionem, tametsi titulo remedii contra relapsum, sive titulo cavenda reincidentia ipsius in peccatum, subinde differenda sit, dum Confessarius eum in finem iudicat necessarium.

Sed neuter satisfacit arguento. Non Henneguerius. Ut enim sapienter arguit Illustrius D. Gilbertus de Choifeul, Tornacensis Episcopus, in response ad illam epistolam Hennegueri, effugium istud mera est cavillatio, prorsus aliena ab Authoribus, ex quibus defumpta est propositio ab Innocentio XI. proscripta, ipsis quoque injuriola. Quis enim, nisi penitus profligatae perditissime que